



Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be in a historical or religious context, possibly a manuscript or printed book. Some words are difficult to decipher due to fading and the quality of the scan.

Я Б Е С Т О Р О К Я С Д А Е М І З І Ф І З І С І П І С І




# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Ræstandum est die hodierno officium humanitatis supremum, in his terris, amplissimo & prudentissimo viro, Domino DANIELI LEICHERO, Reipubl. Lipsiensis Senatori primario atque Ædili, & celeberrimi Synedrii Scabinorum Electoralium in hac urbe Assessori &c. qui exacto hujus vitæ caducæ & ærumnosæ curriculo, die ab hinc tertio, in verâ CHRISTI σωτηρίᾳ agnitione atque invocatione ardenti, ærumnis & laboribus hujus Mundi valedixit; atq; ita suo etiam exemplo docuit, nihil esse firmum & perpetuum in rebus humanis, sed ad fatalem istam metam, quam peccati labes invexit, inevitabili Naturæ lege, mundana omnia decurrere. Quam naturæ humanæ conditionem, atque obverfantia ante oculos exempla quotidiana, dum intuemur; æquum est, nos etiam commonefieri nostræ mortalitatis; & subinde magis atq; magis incitari, ad illam μελέτην ὀθανασίας, hoc est, piam meditationem discessionis ex hac vitâ beatæ, ad quam passim scriptura sacrosancta nos adhortatur; & per quam erecti ac confirmati omnibus temporibus pii sanctique homines, nihil reformidârunt conspectum mortis, quantumvis truculentæ & terribilis; sed læti ac quasi exultabundi illum expetiverunt decretorium diem, quo ex hac colluvie terrenâ, per Christum, veræ vitæ januam, ad illa sempiterna beatarum Mentium concilia transirent. Ut autem piæ defuncti, viri amplissimi, exequias, quemadmodum convenit, honestè & decenter, Academico more, prosequamur, pauca quædam, hoc loco, ad ortum ipsius & vitæ curriculum pertinentia, commemorabimus: Ex quibus non solum jucunda ac grata viri honoratissimi, jam in Christo quiescentis, memoria altiùs studiosæ juventutis animis insidebit; sed simul etiam intelliget honestissima familia, & inprimis relicta vidua moestissima, hæredesque cæteri, non voluisse nos, in ipsorum luctu, vel hac qualicumque testificatione τῆς συμπαθείας, Christianæ & synceræ, nostro officio deesse. Prodiit in hanc lucem Dn. LEICHERUS, ὁ ἐν Βλογία, in urbe vicinâ Torgâ, parentibus honestissimis; anno Christi, supra millesimum quingentesimum, quadragesimo quarto, die XVI. M. Decembris. Pater fuit, Dn. DONATUS LEICHER, vir & civis in ea Reipubl. apprimè honoranda. Quam utramque piæ defuncti profapiam, paternam & maternam, accepimus jam multo tempore, nimirum ad annos propè ducentos, eminuisset in eo loco; ac continuâ seric viros progenuisse præstantes & industrios, qui & Senatorium istius Reipubl. ordinem suâ virtute & prudentiâ plurimum ornârunt, & de rebus communibus, duorum penè seculorum decursu, præclarè meriti sint. Illi ergo prænominati parentes, à primâ statim ætate, filium istum suum, piè liberaliterq; educârunt: ac cum in ipso quandam ὀφείαν, & naturæ indolem haud vulgare mature perspicerent, omni studio ad discendas bonas Artes & literas cum adhiberi voluerunt; ac proinde primùm in Patria erudiendum ipsum tradiderunt viris doctis, & in informandâ ætate tenerâ artificibus industriis & solertibus. Horum studio & operâ, cum pietatis & literarum prima rudimenta feliciter imbibisset, missus est deinde à parentibus, anno Christi 1557. ætatis verò XIII. in illustrem Ludum Grimensem, ubi similiter doctrinæ Pietatis & liberalium Artium, per integrum sexennium, sub doctissimis Præceptoribus, utiliter & fructuosè operam dedit. Postea verò, cum tantum profecisset in doctrinæ studiis, ut necessaria Principia lingvarum & Artium calleret mediocriter, adeoq; fundamenta jam teneret, quibus ædificium alicujus sublimioris disciplinæ superstrui commodè posse videbatur; alegatus est à prædictis parentibus suis in Academiam VVitebergensem, ubi & studiis Artium humaniorum & inprimis disciplinæ Juridicæ, per aliquod temporis spacium, egregiam navavit operam. Verùm ut diversis in locis, studiorum & doctrinæ cursum, quem sibi proposuerat, Doctorum virorum operâ feliciùs continuaret atque absolveret; VVitebergâ deinde commigravit in Academiam Francofurtanam, quæ est ad Oderam; ubi ducem & moderatorem studiorum, in legali disciplinâ, longè solertissimum & exercitatissimum nactus est, Dn. LUDOLPHUM SCHRADERUM, Iureconsultum doctissimum & celeberrimum, id temporis Collegii juridici Ordinarium; cui, post Deum, pleraque omnia se debere, in legali scientiâ & τῆ πολιτικῆ σωείᾳ, non sine honorificâ illius mentione, sæpe noster ille μακαρίτης confirmavit. Porro, cum intelligeret, Peregrinationis quoque studium viro Politico, non solum ornamento, sed & usui cumprimis esse; eapropter reverfus tandem ex Academia Francof. & occasiorem nactus percommodam, terras peregrinas diversas adiit; inprimis autem Vngariam atque adjacentes oras alias, cum generoso & nobilissimo Domino, CHRISTOPHORO à ZEDLITZ, in Samitz, eo tempore perlustravit. Inde domum reverfus, ad studia consveta se rursus contulit; atq; ut telam cœptam, viro- rum in disciplina juridicâ excellentium operâ ac consilio, meliùs pertexeret, non multò post in nostram hanc venit Academiam; anno videlicet CHRISTI 1567. ætatis in eâ Iureconsultos, id temporis, eximios atq; antecellentes, D. HENNINGUM HAMELIUM, D. IOANNEM MEYERUM, D. MATTHIAM CÔLERUM assidue atventeq; ad triennium audivit. Quâ diligentia tantum est affectus in amplissimâ juris scientiâ, ut ab eo tempore, causis agendis, in urbe hac, & aliis exteris judiciis, singulari cum laude, operam daret. Ac cum prudentia quædam & industria singularis, cum scientia Legum haud vulgari conjuncta, in ipso eluceret, factum est aliquantò post, ut in amplissimum ordinem Senatorium hujus urbis cooperaretur; anno nimirum 1579. quo tempore etiam vir amplissimus, piæ recordationis, Dn. PAVLUS FRANCKENSTEIN, ejusdem Reipubl. Consul designatus est. Ita autem sese gessit piæ defunctus in isto officio & dignitate Senatoriâ, ut ex compluribus muneribus honoratissimis, quæ commissa ipsi fuerunt, singularis & fidei, & diligentia, circumspeditionis atque industria laudem reportârit. Nam judicio Urbano, quod ad eum initio fuit delatum, anno Christi 1583. distinctis vicibus, quater ita præfuit, ut justitiæ præsidem gnavam, vigilantem, industriam & si ita postularent tempora, severum sese exhiberet. Ædilis Reipubl. Lipsiensis designatus est anno 1592; & statim insequenti anno 93. ei simul concredita ἐφεία templi Thomani, quæ est inspectio ac cura ararii & rerum aliarum eò pertinentium. Quibus muneribus honoratissimis & hoc accessit demùm, ut perspectâ jam satis & μακαρίτης nostri in civilibus rebus experientiâ & usu, adhæc in expediendis judicandisq; controversiis dexteritate singulari atque industria, insuper in numerum illorum, qui juri dicundo præfecti sunt, in amplissimo Electoralis scabinatus synedrio, is cooperaretur; anno nimirum 1604. Sic autem in obcundis his prædictis civilibus officiis, sanè gravissimis, ut & aliis quibusdam muneribus, quæ singula hîc recenserî nequeunt, suam Reipubl. probavit operam, fidem & industriam indefessam, ut jam, post fata, sui memoriam, jucundam ac gratam bonis omnibus relinquat. Ad rem matrimonialem quod attinet, duxit initio Dominus Ædilis, piæ defunctus, in uxorem, virginem honestissimam MARIAM, Dn. THOMÆ VVALTHERI, civis quondam in hac urbe præcipui, filiam; anno videl. Christi 1571. Cum hac placidè & tranquillè transegit annos decem; suscepto ex ea filiolo unico, sed paucos ad dies superstiti. Inde, post illius obitum, qui incidit in annum 80. viduam egit vitam, usq; ad annum Christi 1582. quo conjugem alteram duxit, priori cognominem, MARIAM, virginem & ipsam leçtissimam, viri quondam amplissimi ac consultissimi, Dn. FRIDERICI STEVDTLIN, I. V. Doctoris & Reipubl. Antverpiensis Syndici, filiam; quæ matrem habuit CATHARINAM, foeminam honestissimam, ex antiquâ & honoratâ BREVIORUM familiâ oriundam. Cum hac quoque secunda conjuge, noster ὁ μακαρίτης conjunctissimè vixit, verùm sine liberis, annos XXVII. integros; nempe usq; ad annum 1609. quo vitam & illa mortalem piè placidèq; clausit, die 21. M. Martii. Transiit ergo ad tertias nuptias (cum res ipsius domestica, gnavam atq; assiduam matrem familiâs omninò desideraret) contracto matrimonio cum spectatissimâ foeminâ, BLANDINA, viri quondam honoratissimi & optimi, Dn. M. CHRISTOPHORI LUCII, relicta viduâ; eodem illo anno; die V. M. Decembris: cum quâ conjuge postremâ, funeris illius, hoc tempore, spectatrice moestissima, similiter in svavissimâ animorum conjunctione, vitam hæctenus transegit, in annum tertium. Quod ad reliquum vitæ cursum attinet, eluxit inprimis in piæ demortuo religiosa pietas in DEUM; cujus verbum Sacrosanctum & verè vivificum diligenter & attentè audivit; & ministros illius studiosè honoravit, ac quibuscunq; potuit modis, suam illis benevolentiam declarare studuit. Cum pietate porro conjunxit Beneficentiam singularem in pauperes & egenos, quibus consilio, re & operâ, ubi tulit occasio, nunquam defuit. Quod inprimis testari poterunt alumni Scholæ Thomanæ, quibus alimenta, statis diebus, jam ultra XX. annos liberali manu præbuit. Atque ut relatum nobis est, testamento quoque paulò ante obitum condito, non solum Ecclesiæ & Scholis in hac urbe, sed etiam egenis adolescentibus, Pietatis & literarum studiosis, virginibus item pauper culis honestè elocandis, aliisq; inopiâ notoriâ laborantibus egregiè de facultatibus suis prospectum esse voluit. Decumbere cœpit ante paucos dies, ex punctionibus (ut vocant) lateralibus, satis vehementibus, quales pleuritis secum ferre solet; Quibus, non absq; inflammationis internæ suspitione, invalescentibus, externæ partes refrigerari, atque internæ æstuaræ cœperunt; cum perpetuâ jactatione corporis, summâ respirationis difficultate, viriumque jacturâ & deliquis animi crebrò recurrentibus. Quæ Symptomata cum indies magis magisque ingravescerent, & inprimis quarto die vehementissimè sævirent, natura tandem prostrata & devicta penitus, cum frustra omnis generis remedia adhibita essent, ærumnose hujus vitæ finem piæ defuncto attulit; die ab hinc tertio, post primam horam antelucanam: Postquam pridie ejus dici, ut & aliàs sapissimè, salutare viatico sacratissimi corporis & sanguinis Christi, ad beatam ex hac vita emigrationem se præparasset, & piis identidem precibus se Redemptori suo Christo Jesu commendasset. Cum hac voce enim; Veni CHRISTE JESU; momento ὁ μακαρίτης spiritum & animam emisit placidissimè; ætatis anno octavo & sexagesimo. Anima ipsius jam est in benedictione: Corpus autem exanime hodierno die horâ III. usitato ac Christiano ritu, ad sepulturam efferretur. Mandamus igitur universis & singulis, nostræ jurisdictioni subjectis, ut frequentes eo tempore ad defuncti ædes, in Brûleto sitas, conveniant, & hoc funus deductione honorificâ nobiscum prosequantur. Quâ in re faciet unusquisque, quod Christiana charitas & ordinis nostri decus requirit. Nec dubium est, hanc nostri studii declarationem, relicta viduâ moestissimâ, cæterisque piæ defuncti hæredibus, fore gratissimam. Pp. die XXV. Augusti, Anno Christi M. DC. XII.

LIPSIÆ imprimebant hæredes Michaëlis Lantzenbergeri.





# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



mortis, quantum  
vitæ januam, ad ill  
decenter, Academ  
jucunda ac grata vi  
lia, & in primis relic  
sinceræ, nostro offi  
lesum quingente  
ratus, & virtutis int  
unda. Quam utran  
co; ac continuâ ferri  
bus communibus, d

Ræstandum est die hodierno officium humanitatis supremum, in his  
terris, amplissimo & prudentissimo viro, Domino DANIELI LEICHERO, Reipubl. Lipsienſis Sena-  
tori primario atque Ædili, & celeberrimi Synedrii Scabinorum Electoralium in hac urbe Affessori &c. qui exacto hujus vitæ caducæ  
& ærumnosæ curriculo, die ab hinc tertio, in verâ CHRISTI σωτηρίῃ agnitione atque invocatione ardenti, ærumnis & laboribus hu-  
jus Mundi valedixit; atq; ita suo etiam exemplo docuit, nihil esse firmum & perpetuum in rebus humanis, sed ad fatalem istam metam,  
quam peccati labes invexit, inevitabili Naturæ lege, mundana omnia decurrere. Quam naturæ humanæ conditionem, atque obver-  
santia ante oculos exempla quotidiana, dum intuemur; æquum est, nos etiam commensurari.



quam passim scriptura sacro-  
reformidârunt conspectum  
terrenâ, per Christum, veræ  
odum convenit, honestè &  
mus: Ex quibus non solum  
ntelliget honestissima fami-  
ὄς συμπαθείας, Christianæ &  
is; anno Christi, supra mil-  
ea Republ. apprimè hono-  
liâ BORNITZIORUM ori-  
centos, eminuisse in colo-  
urimum ornârunt, & de re-

terq; educârunt: ac cum in ipso quandam ὀφείων, & naturæ indolem haud vulgarem maturè perspicerent, omni studio ad discendas bonas Artes & literas eum  
adhiberi voluerunt; ac proinde primùm in Patria erudiendum ipsum tradiderunt viris doctis, & in informandâ ætate tenerâ artificibus industriis & solertibus. Ho-  
rum studio & operâ, cum pietatis & literarum prima rudimenta feliciter imbibisset, missus est deinde à parentibus, anno Christi 1557. atatis verò XIII. in illustrem  
Ludum Grimensem, ubi similiter doctrinæ Pietatis & liberalium Artium, per integrum sexennium, sub doctissimis Præceptoribus, utiliter & fructuosè operam  
dedit. Postea verò, cum tantum profecisset in doctrinæ studiis, ut necessaria Principia lingvarum & Artium calleret mediocriter, adeoq; fundamenta jam te-  
neret, quibus ædificium alicujus sublimioris disciplinæ superstrui commodè posse videbatur; ablegatus est à prædictis parentibus suis in Academiam VViteber-  
gensem, ubi & studiis Artium humaniorum & in primis disciplinæ Juridicæ, per aliquod temporis spacium, egregiam navavit operam. Verùm ut diversis in locis,  
studiorum & doctrinæ cursum, quem sibi proposuerat, Doctorum virorum operâ feliciùs continuaret atque absolveret; VVitebergâ deinde commigravit in  
Academiam Francofurtanam, quæ est ad Oderam; ubi ducebat & moderatorem studiorum, in legali disciplinâ, longè solertissimum & exercitatissimum nactus est,  
Dn. LUDOLPHUM SCHRADERUM, lurreconsultum doctissimum & celebrerrimum, id temporis Collegii Juridici Ordinarium; cui, post Deum, pleraque o-  
mnia se debere, in legali scientiâ & τῆ πολιτικῆ σωείῃ, non sine honorificâ illius mentione, sæpe noster ille μακαρίτης confirmavit. Porrò, cum intelligeret,  
Peregrinationis quoque studium viro Politico, non solum ornamento, sed & usui cum primis esse; eapropter reverſus tandem ex Academia Francof. & occasio-  
nem nactus per commodam, terras peregrinas diversas adiit; in primis autem Vngariam atque adjacentes oras alias, cum generoso & nobilissimo Domino, CHRIS-  
TOPHORO ZEDLITZ, in Samitz, eo tempore perlustravit. Inde domum reverſus, ad studia consveta serursum contulit; atq; ut telam cœptam, viro-  
rum in disciplina juridicâ excellentium operâ ac consilio, meliùs pertexeret, non multo pòst in nostram hanc venit Academiam; anno videlicet CHRISTI 1567.  
atq; in eâ lurreconsultos, id temporis, eximios atq; antecellentes, D. HENNINGUM HAMELIUM, D. IOANNEM MEYERUM, D. MATTHIAM CÔLERUM  
assiduè attentèq; ad triennium audivit. Quâ diligentia tantum est affecutus in amplissimâ juris scientiâ, ut ab eo tempore, causis agendis, in urbe hac, & aliis ex-  
teris judiciis, singulari cum laude, operam daret. Ac cum prudentia quædam & industria singularis, cum scientia Legum haud vulgari conjuncta, in ipso eluceret,  
factum est aliquantò pòst, ut in amplissimum ordinem Senatoriorum hujus urbis cooperaretur; anno nimirum 1579. quo tempore etiam vir amplissimus, piæ recorda-  
tionis, Dn. PAVLUS FRANKENSTEIN, ejusdem Reipubl. Consul designatus est. Ita autem sese gessit piè defunctus in isto officio & dignitate Senatoriâ, ut  
ex compluribus muneribus honoratissimis, quæ cominissa ipsi fuerunt, singularis & fidei, & diligentis, circumſpectionis atque industriæ laudem reportârit. Nam  
judicio Urbano, quod ad eum initio fuit delatum, anno Christi 1583. distinctis vicibus, quater ita præfuit, ut justitiæ præsidem gnavum, vigilantem, industrium & si  
ita postularent tempora, severum sese exhiberet.